Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Notabilia de dedicatione

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Thema quoddam de dedicatione.

Sanctificavi domum hanc quam edificasti ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum. 3° Re. 8°

Ista verba dixit deus Salomoni postquam templum dedicavit. Festum autem dedicationis magne est auctoritatis et trahit eam auctoritatem tempore legis nature Gen. 28° Tulit Jacob, tempore legis scripte Exodi ultimo assumpto unctionis oleo unxit tabernaculum, tempore legis gratie Johannis 10mo Facta sunt Encenia etc.

Sequitur aliud thema de eodem

Dedicaverunt templum domini Rex et filii Israel. 3° Re. 8vo Ita et nunc Ecclesia a Christo rege pacifico et apostolis et filiis Israel i. christianis dedicatur. In ipso autem dedicationis officio sunt plura que magna continent sacramenta. Primo pontifex ecclesiam tribus vicibus circuit ad ostendendum quod ecclesia consecratur in honore sancte et individue trinitatis et quod plura exercet que ad huiusmodi officium pertinent que in sermonibus habentur etc.

Sequuntur quedam notabilia vel membra divisa de dedicatione.

Attendendum est de duplici domo scilicet materiali et spirituali. Et de domo materiali dominus in Matheo Domus mea domus orationis vocabitur. Ex quo verbo habetur quod ecclesia dei ad duplex officium deputatur scilicet deo ad habitandum et omni homini adorandum. Et ideo secundo dicitur domus orationis vocabitur. Est igitur ecclesia domus dei quia in ipsa habitat. Paralipomenon 6. Elegi et sanctificavi domum istam ut sit nomen meum ibi in sempiternum et permaneant oculi mei et cor meum cunctis diebus ibi et aures mee erunt ad orationes eius qui in isto loco oraverit. Ex quibus verbis habetur quod deus in ecclesia consecrata posuit nomen suum cor suum oculos suos aures suas. Primo posuit nomen suum quia a Christo ipsam nominari voluit. Dicitur enim domus in qua habitant superbi vocatur domus luciferi et e contra. Dicitur domus in qua conveniunt fideles christiani et devoti dicitur domus dei. Genesis O quam metuendus est locus iste non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Secundo in ecclesia

Mt. xxi°

posuit deus cor suum et ideo nos debemus habere cor
nostrum ne de nobis dicatur Math. 15. populus hic me labiis
honorat cor autem eorum longe est a me. Posuit eciam
cor suum id est amorem suum et ideo comminatus est qui aliquid
ibi exerceret vana et illicita ut probatur quia vendentes
et ementes expulit et eiecit de templo legitur in hy-
storia Ex porticu templi instabulum equorum
suorum construxit propter quod semper fuit victor hostium suorum
postea nunquam pugnavit quod ab hostibus suis vince-
retur ¶ 3o deus in ecclesia posuit oculos suos quibus
videt genuflexiones elemosinarum largitates quibus
eciam videt ornamentorum pompas et vanitates
Ambrosius qui in oracione vult exaudiri amota a se
pompa in timore sedeat et iram dei imploret
Nota Hester 15. Cum tu hester regina se ornasset et
depinxisset ut regi placeret assuero ipsa vero
eius versus iram concepit et colore roseo in pal-
lorem conversus ipsum placavit. Sic et mulier que
vultum suum depingit deum offendit sed que de vultu
suo non curat deum placat ¶ Oratio eciam construenda
est ad orandum ut dominus in Math. meminit. Domus mea
domus oracionis vocabitur et deus fideles in ea libenter ex-
audit Paralipomenon 6. Quicumque oraverit in loco isto
exaudiet illum dominus de tabernaculo suo. Sic hic
nos si volumus orare debemus nos preparare omnia ex-
teriora dimittere et ad intimum anime nos reducere
ibique oculos cordis erigere ad deum et non aliud quam de
deo cogitare Unde dicitur Eccli. 18. Ante oracionem prepara
animam tuam et noli esse sicut homo qui temptat deum
Est ergo preparanda anima orantis a tribus primo a mentis
elacione 2o a carnis delectacione 3o ab exteriorum cura
parum nunquam enim potest oracio deo esse grata si orantis
assistit elacio mentis Sic delectacio carnis Sic cogi-
tacio rei familiaris assistit. Primo dico quod antequam acce-
das ad oracionem preparanda est anima tua ab omni elacione mentis
per veram humilitatem cordis Sicut enim deus superbis resistit
ita eos orantes exaudit Unde exemplum ponit

Similitudo de duobus hominibus qui ascendebant in templum
ut orarent unus phariseus alter publicanus notorius
phariseus superbus publicanus autem humilis unus a longe sta-
bat peccata penitebat oculos non levabat et mactans(?) humi-
liter postulabat. Oz e contra phariseus deo quasi propius ap-
propinquabat corde superbo orabat in corde sua bona
iactabat et priores contempnebat. Phariseus quasi super-
bus peccator inique recessit ubi humilis publicanus quod
deo quod petiit impetravit. Unde e contra Math. In ea
omnis qui petit accipit et qui querit invenit et
pulsanti aperietur. Penitenti cum magno timore peccato-
rum et recognoscens se esse maximum peccatorem
sicut et hic publicanus pulsavit tunc ei aperietur
ut et ipse publicano et non estimando se esse iustum et per-
fectum sicut phariseus fecit. Ex quo dominus terribiliter
(in)quit publicani et peccatores precedunt vos in regno
dei id est qui consitentur se esse peccatores et cognoscunt se pec-
casse. Unde etiam dicit Aug(ustinus) facile meretur veniam
qui ex reverencia se subtrahit ab altari. Ecc(lesiastici)
35. Oracio humiliantis se nubes penetrabit et donec
appropinquet non consolabitur et non recedet donec
respiciet altissimus et dominus non elongabit. Unde psalmus
Respexit in oracionem humilium et non sprevit preces eorum.
Ecc(lesiastici) 6. Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat
inimicos. Et iterum Prov(erbiorum) Lingua mollis frangit iram.
Secundo est anima purganda ab omni delectatione carnis
nunquam enim bene orat qui carnalia cogitat sive
quem caro delectat. Unde nec impetrat quod a deo
postulat. Ysa(ie) 1. Cum multiplicaveritis oraciones non
exaudiam manus enim vestre sanguine plene sunt
per sanguinem carnalem delectacionem intellige. Unde et
orabat psalmista libera me de sanguinibus deus deus salutis
mee. Item in Judith Judith primo se lavabat in fon-
te aque et sic ascendebat orare dominum. Ecc(lesiastici) 34 et de Hest(er)
Eccl(esiastici) 34 de Ester(?) quod debito videlicet si platea(?) repleb(atur) antea in medio
huius sextrum(?) quod. Tercio purganda est anima ab omni tumultu

.Re ab aña.
sig^i tle

rei familiaris Unde dicitur in libro de spiritu et anima quod homo debet
se retrahere ab omnibus sensibus corporis tanquam impedi
entibus et perstrepentibus et redire ad se et stare in se
et leuare se supra se et stare in intellectibus anime Nam sicut
nubes interposita inter nos et solem non sinit so
lares radios ad nos descendere sic tumultus cogitationum
diuinos radios subtrahit ab aspectu anime sine quibus
anima sollicite non potest orare Unde dicit gregorius de
quibus qui interponunt sibi nubem ne pertranseat
oratio quemadmodum enim quis oculos ad solem eleuet nunquam
radij visuales ad solem peruenient si in medio
interposita fuit nubes Unde quidam sanctus pie dicebat
Impossibile est ut videat quis in aqua turbida faciem
suam sic anima nisi fuit purgata a cogitationibus vanis
deum bene orare vel contemplari non potest Nam videt
quis in aqua non mota sed omnino quieta videt homo faciem
suam sicut in speculo sequitur et Rogemus dominum.
Adiunge quia ista alia Notabilia si inueneris

Notabile multum valens sequitur

Nota triplex salus facta est ecclesie militanti quam tangit
in una auctoritate petens accipit querens inuenit
pulsanti aperietur Primo qui petit per deuotam orationem
accipit remissionem peccatorum. Bernhardus. Notandum est quod quantum
cumque anima onerata peccatis vel longe vilis aut despicabilis
esse videatur ubi anima peccatrix deposuit peccati feditatem
et induit caritatem non est impossibile est multorum orationes non
exaudiri Et in signum vidit Jacob angelos dei de
scendentes et ascendentes qui audientes preces nostras
eas offerentes coram deo ut patet in thobia de
angelo filie thobie Secundo querens per dilectionem inuenit
gratie multiplicationem dilectio enim multa peccatorum innu
merata inhonorat Unde apostolus Caritas nolla facio dicitur
Et apostolus in dilectione dei et proximi ambulare et desola
tionis non persenciatis Exemplum de Maria magdalena
qualiter ipsa dominum ardentissime dilexerat non tantum viuum
sed et mortuum Ut Marcus testatur Et valde mane
una sabbatorum etc. Tertio pulsanti aperietur Math. Regnum
celorum vim patitur Unde Caritas porte nitent mar

paritis i. virtuosis operibus qui abditus pateatur. Et notatur
dedicantis dignitas ibi facta est quia a papa episcopo presbitero
conferreri etiam. Unde quo ad hanc dignitatem prel
conferrer quilibet sacerdos. Sed tamen
ut corpus christi quod potest conferrere quilibet sacerdos. Sed tamen
non omnis sacerdos conferrat ecclesiam. In ecclesie consecratione
concurrunt tria ad presens consideranda. Primo karacterum
inscriptio. 2° candelarum accensio. 3° aque benedicte
inspersio. Hec tria exponit hugo de sancto victore sancto
aspersio. Hec tria exponit hugo de sancto victore in
sermone de dedicatione. Primum est karacterum inscriptio
hugo ponit ista inscriptionem crucis ihesus nazarenus
rex iudeorum. Et quis non venit hodie ad regem ut
ab eo defendatur. Et quis non venit ad nazarenum
id est ad florem ut ab eo letificetur. Et quis non venit ad
ihesum ut ab eo salvatur etc.

Et adiunge quam plura alia cum conclusione bona si placet.
Et adiunge ewangelium. Vespere autem non potestis etc. Et
ewangelium de dormitatione ihesu in navi. Vel ewangelium de muliere
chananee et consimilia que tibi placent et videtur esse bona etc.

Sequitur nobile de confirmatione huius solempnis festi

Nota de solempnitate huius festi. Hec solempnitas
multipliciter est confirmata a patriarchis est initiata
in scala visione a prophetis ratificata ut in thaber-
naculi erectione a regibus consumata ut in templi edi-
ficatione hoc est in tempore salomonis ab apostolis approbata
ut in constructione basilicarum et nostri temporis. Unde pre-
cepit dominus in veteri testamento Enzenia i. dedicationes
summa veneratione celebrari. Immo sua presentia corpora-
li voluit honorare ut habetur in iohanne. Erat enim
yemps etc. Ibi non celebrabatur missa sicut nostri temporis
quanto magis venerabilibus convenit quia corpus christi
et sanguis ymolatur deo patri. Unde aggeus dicit
quia magna gloria domus istius novissime plus quam
prime dicit dominus exercituum. Et in loco isto i. ecclesia
vel in templo dabo pacem. Ideo terribilis est id est vene-
randus est locus iste etc. Et consimilia talia narranda
sunt populo ut eo devocius celebret festum tale etc. etc.

Miraculum bonum de oracione operis et de elemosina

Abbas lucius fratribus venientibus ad se dixit ad eos
quid scitis manibus vestris operari At illi nichil
operamur Sed secundum apostolum sine intermissione oramus
Et senex scilicet lucius Non manducatis Et illi Etiam
Precat ipse Dum comeditis quis interim orat pro
uobis Et ipsi obticuerunt Et iterum abbas non dor-
mitis Et illi viderunt etiam domine Et ipse quis tunc orat
pro vobis Et ipsi penitus nil scinerunt ei respondere At ipse
abbas indulgete michi quia non facitis ut autem dixistis
Ego ostendo uobis quomodo et ego sine cessacione oro
Sedens facio opera mea Et interim pro oro et dico
miserere mei deus secundum magnam etc. Et factis operibus
vendo ea scilicet opera mea et partem precij do pauperibus Et
quando ego tunc manduco et dormio tunc isti pauperes quibus
large donaui partem precij de laboribus operum meorum
orant pro me et etiam obligantur orare pro me Uide
et vos faciatis quod veritas ait Quod uni de mi-
nimis meis fecistis michi fecistis Et nonne legistis
etiam prophetam. ysai dicentem Cum videris nudum operi
eum et carnem tuam ne despexeris et sanitas sequetur Et sa-
nitas tua cicius orietur. hoc est in regno celorum etc.

Item aliud Miraculum de Elemosina danda Et de retribu-
cione bonorum operum Eterna vitam bonum remuneratiuo etc.

Nota Rusticus quidam audiens predicari quod deus cen-
tuplum redderet quicquid pro deo datur. habens tres vaccas
dedit pro deo Ut centum vaccas reciperet Et abijt
et preparauit sibi fenum gramina et stabulum et huiusmodi
que ad rem pertinent scilicet ad trecentas vaccas se
recepturum sperauit Ad nos firmisse credidit Ven-
iens ergo de prato et de campo ubi tut cuiusmodi sibi
preparauit Obuiauit quidem Episcopo ex improuiso
requisito quid portaret et quo iuisset respondit ru-
sticus simpliciter Episcopo et exposuit ei totum sermonem et intencionem
sue mentis Episcopus autem precepit ei ut declinaret
cum eo ad hospitium suum Et cum obediens fecisset cor-
poris omnibus distribuentibus candelas incensas ipse
vero deorsum sedebat sine candela tanquam despectus